

huius exclusionis. Quia autem iudeorum gloriatio erat in lege ut supra dictum est. ideo oportere videbatur quod per aliquam eiusdem generis. id est per aliquam legem eorum gloriatio excluderetur. Et ideo querens subdit. per quam scilicet est eorum gloriatio exclusa. Posset autem aliquis credere quod eorum gloriatio non exclusa a plus diceret per alia precepta legalia quibus quidam mala opera mandarentur. Et ideo interrogando subdit. Factorum? quasi dicit. Nunquid per aliquam legem factorum eorum gloriationem exclusam dico? Et respondet quod non. sed per legem fidei. et sic patet quod duplicem legem hic inducit apostolus scilicet factorum et fidei. Et in proprio esse videtur quod per legem factorum intelligitur lex veteris. et per legem fidei lex noua per quam gentilis equiparatur iudeo. Sed dubitatur de hac distinctione. Nam in veteri lege necessaria erat fides sicut et in noua. Eccl. 2. Qui timetis dominum credite illi. Et ps. Credidi propter quod loquor sum. immo etiam in noua lege facta quedam requiruntur et quorundam sacramentorum secundum illud. Luc. 22. Hoc facite in mea commemoracione. Et etiam moralium obseruationum. Jac. 1. Estote factores verbi et non auditores tantum. Dicendum est igitur quod legem factorum dicit legem exterius propositam et descriptam per quam exteriora facta hominum ordinantur. dum precipitur quid fieri debeat et per prohibitionem ostenditur a quo debeat abstineri. legem autem fidei vocat legem interius descriptam per quam non solum exteriora facta sed etiam ipsi motus cordium disponuntur. inter quos primus est motus fidei. Corde enim creditur ad iustitiam ut dicitur hic cap. 1. Et de hac lege loquitur infra 8. Lex spiritus vite que est in christo Iesu. Deinde cum dicit. Arbitramur enim ostendit modum quo per legem fidei gloria iudeorum excluditur dicens. Arbitramur enim nos apostoli veritatem a christo edocti hominibus quecumque sive iudeis sive gentilibus iustificari per fidem. act. 15. Fide purificans corda eorum. et hoc sine operibus legis non autem solum sine operibus ceremonialibus que gratiam non conferbant. sed solum si significabant: sed etiam sine operibus moralium preceptorum secundum illud ad Titum. 3. Non ex operibus iusticie que fecimus nos etc. Ita tamen quod intelligas sine operibus precedentibus iusticiam. Non autem sine operibus consequentibus quia ut dicitur. Jac. 2. Fides sine operibus scilicet subsequentibus mortua est. Et ideo iustificare non potest. Deinde cum dicit. In iudeorum ostendit quoddam quod supponeretur quod iusticia fidelium communitate se haberet ad omnes. Et per quidem hoc manifestauerat ratio accepta ex parte cause materialis cum supra dixerat. omnes peccauerunt et egere gratia dei id est peccatores sunt quos oportet per gratiam fidei iustificari. sed probatio que est ex sola causa materiali non sufficit quia materia non mouetur per se ad formam sine causa agente. Et ideo hic subiungit rationem acceptam ex parte cause agentis id est iusticie que est deus. infra 8. Deus qui iustificat. Manifestum est autem quod deus noster illos iustificando saluat quorum est deus secundum illud ps. Deus non ster deus saluos faciendi. Non est autem iudeorum nisi deus sed et gentium ergo utrosque iustificat. Circa hoc ergo tria facit. Primo proponit questionem de iudeis cuius dicit. An iudeorum tantum est deus? Quod quidem videri posset alicui per hoc quod dicit. exo. 5. Deus hebreorum vocauit nos. Dicendum est ergo quod iudeorum deus tantum erat per specialiter cultum ab eis deo exhibitum. Unde in ps. Dicitur notus in iudea deus erat tamen deus omnium per commune regimen vniuersorum secundum illud. ps. Rex omnis terre deus. secundo proponit questionem ex parte gentilium dicens. Nonne et gentium scilicet est deus et respondet. Immo et gentium quas scilicet gubernat et regit secundum illud. Je. 10. Quis non timebit te o rex gentium. tertio ibi Quonia quidem manifestat per signum quod dixerat. quasi dicat ex hoc manifestum est quod deus est non solum iudeorum sed et gentium quia

quidem vnus est deus qui iustificat circuncisionem id est iudeos ex fide. ut enim dicitur. gal. 5. In christo Iesu neque circuncisio neque preputium. Quod autem dicitur ex fide et per fidem sed gloria est omnino idem. potest tamen aliqua differentia attendi. Nam hec prepositio ex designat aliquando causam remotam. hec prepositio per propinquam. Iudei ergo iustificati diuinitus. ex fide quia fides fuit prima causa ex qua processit circuncisio et cetera sacramenta legalia et ita iudeos iustificat fides sicut quedam causa primaria per quasdam medias causas. sed gentiles per ipsam fidem immediate iustificati. Deinde cum dicit. Regem ergo. excludit quoniam obiectiones. posset enim aliquis dicere quod predictam legem destrueret et ideo querit dicens. Regem ergo destruitis per fidem. et hoc scilicet quod dicitur homines iustificati sine operibus legis. Et responder. Absit. secundum illud. Na. 5. Non preteribit iora vnus aut vnus apex etc. Subdit autem. sed legem statuius id est per fidem legem perfectius et adimplemus secundum illud. Na. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. et hoc quantum ad precepta ceremonialia que cum essent figuralia per hoc statuantur et adimplentur quod veritas significata per ea in fide christi exhibetur et etiam quantum ad moralia quia fides christi auxilium gratie confert ad implenda moralia precepta legis. Addit etiam quedam consilia per que precepta moralia tutius et firmitus conseruatur.

Incipit capitulum quartum.

Quid ergo dicemus inuenisse abraham patrem nostrum secundum carnem. Si enim abraham ex operibus legis iustificatus est: habet gloriam sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura. Credidit abraham deo: et reputatum est illi ad iusticiam. Et autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Et vero qui non operatur: creditur autem in eum qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iusticiam secundum propositum gratie dei: sicut et dauid dicit beatitudinem hominis cui deus accepto fert iusticiam sine operibus. Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum. Beatitudo ergo hec in circuncisione tantum manet an etiam in preputio? Dicimus enim quia reputata est fides abrahe ad iusticiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione an in preputio? Non in circuncisione: sed in preputio.

Postquam apostolus exclusit iudeorum gloriam quam habebat in lege per eam se gentibus preferentes. hic excludit eorum gloriam quantum ad circuncisionem. Et circa hoc duo facit. primo refutatur questionem quam supra posuerat dicens. Que est utilitas circuncisionis? Et quia abraham primus mandatum de circuncisione accepit ut dicitur. gen. 17. ideo questionem iterat in persona ipsius abrahe dicens. Si ita est quod deus iustificat preputium sicut et circuncisionem. quid ergo dicemus inuenisse utilitatem abrahe patrem nostrum secundum carnem. id est secundum circuncisionem carnalem et secundum alias obseruantias carnales. videtur esse inconueniens nisi dicitur quod nihil utilitatis inuenit cum dicitur. ysa. 48. Ego dominus docens te utilia. secundo ibi. Si enim abraham etc.

Ad Romanos

spondet propositae questio. Et duo facit. primo ostendit qd abraham non hoc inuenit p circumsionem et cetera legis opera q per eam iustificaret sed magis p fidem. scdo commendat fidem ipsius ibi. Qui contra spe etc. Circa primum duo facit. primo ostendit propositu ratione accepta ex pte diuine acceptationis. scdo ratione diuine pmissionis ibi. Non enim p legem etc. Circa primum duo facit. primo p quanda conditionales. scdo pbat destructione consequenti sibi. Quid enim dicit scriptura etc. tertio pbat ipsam conditionalem ibi. Sicut et dauid etc. Circa primum intendit aplos sic argumentari. Si abraham iustificatus esset ex operibus legis non haberet gloriam apud deum. ergo non est ex operibus iustificatus. Proponit ergo conditionale dicens. Questum est quid abraham inuenit scdm carnalem circumsionem. Et manifestum est qd hoc non inuenit vt iustificatus sit ex operibus legis ita scz q eius iusticia in operibus legis consistat. Habet quidem gloriam scz apud hoies qui exteriora facta vident sed non apud deum qui videt in occulto. fm illud. 1. reg. 16. Deus aut intuetur cor. 1. corin. 3. Nemo vestrū gloriatur in hominibus etc. Unde contra quosdam dicitur. Job. 12. Dilexerunt magis gloriam hominū q dei. Sed contra hoc potest obijci qd ex consuetudine opum exteriorū generatur interior habitus fm quē etiaz cor hominis bene disponitur vt sit pmprium ad bene opandum et in bonis operibus delectet sicut philosophus docet i scdo ethi. Sed dicendum est qd hoc habet locū in iusticia hūana p quam scz homo ordinatur ad bonū humanū. Pius enim iusticie habitus p opera humana potest acqri. sed iusticia que habet gloriam apud deum ordinatur ad bonū diuinū ratis scz future glorie que facultatē humanā excedit. scz illud. 1. cor. 2. In cor hoīs non ascendit q preparauit deus diligentibus se. Et ideo opa hoīs non sunt pportio nata ad diuinū iusticie habitū causandū. sed oportet prius iustificari interius cor hominis a deo vt opera faciat pportio nata diuine glorie. Deinde cui dicit. Quid enim etc. destruit consequēs qd fuit negatiuū. pbandō affirmatiuam oppsitam scz qd abraham habebat gloriā apud deum. Et hoc pbat p auctoritatē scripture quā primo aplos ponit. scdo exponit ibi. Et aut etc. Dicit ergo primo. Dico abraham sic iustificatū esse qd habet gloriā apud deū. Quid enim scriptura dicit. gen. 15. Credidit abraham deo pmitte sibi seminis multiplicationē. Ecce. 2. Crede deo et recuperabit te. Et reputatū est illi scz a deo ad iusticiam. 3. Nach. 2. Abraham in temptatione inuenitū est fidelis. Et sic patet qd apud deū a quo est ei reputatū ad iusticiā qd credidit gloriā habet. Est autē considerandū qd iusticiā quam deus reputat scriptam expressit non in aliquo exteriori ope sed in interiori fide cordis quā solus deus intuetur. Cum aut dicitur triplex esse actus fidei scz credere deū deo et in deū. posuit hunc actum qd est credere deo qd est prius actus fidei eius speciem demonstrans. Max crederē in deū demonstrat ordinem fidei ad finē qui est p caritate credendo in deum tre: qd caritas facit. Et sic sequit speciem fidei. Credere aut deum demonstrat fidē i materia scdm qd est virtus theologica habens deum pro obiecto. Et ideo hic actus nondum attingit ad speciem fidei quia si aliquis credat deum esse per aliquas rationes humanas et naturalia signa nondū dicitur fidem habere de qua loquimur sed soluz quādo ex hac ratione credit qd est a deo dictum. quod designatur per hoc qd dicitur credere deo et ex hoc fides specificatur sicut et quilibet cognoscitū habitus speciem habet ex ratione per quam assentit in aliquid. Alia enim ratione inclinatur ad assentiendum habens habitum scientie scz per demonstrationē et alia ratione habens habitum opinionis scz per syllogismum dyalecticū. Deinde cū dicit. Et autem qui operatur etc.

ponit predictam auctoritatem qntū ad hoc qd dicit reputatū est illi ad iusticiam. et tāgitur in glo. duplex horum verborum expositio. Prima est fm qd referitur ad finalē mercedem de q primo ostenditur qualiter se habeat ad opa scdo qualiter ad fides ibi. Et vero qui non etc. Dicit ergo primo qd et qd operatur scz opa iusticie merces eterne retributionis (de qua dicit. ysa. 4. Ecce merces eius cuz eo) non reputatur scdm gratiam tantū sed scdm debitum. secundū illud matth. 20. Rōne ex denario cōuenisti mecum. Sed contra est qd dicitur infra sexto. Gra dei vita eterna. Et infra octauo. Nō sunt condigne passionē huius temporis ad futuram gloriā. Sic igitur illa retributio nō fit scdm debitum sed fm gratiam. Sed dicendum est qd opera hūana possunt considerari dupliciter. Uno modo scdm substantiam operū. et sic non habent aliqd cōdignū vt eis merces eterne glorie reddatur. Alio modo possunt considerari scdm suū principū. put scz ex impulsu dei aguntur fm propositum dei predstantis et secundū hoc eis debetur merces predicta secundum debitum qd vt infra octauo dicitur. Qui spiritu dei agitur hi sunt filij dei. si aut filij et heredes. Deinde cū dicit. Et vero etc. ostendit qd liter se habeat merces eterne ad fidem dicens. et vero qd non operatur scz exteriora opera puta qd non habet tempus operandi sicut patet in baptizato statim mortuo credenti in eū qui iustificat ipium scz in deum de quo dicit infra octauo. Deus qui iustificat. reputatur fides eius scz sola sine exterioribus operibus ad iusticiam id est vt per eam iustus dicatur. et iusticie premium accipiat. si cur si opera iusticie fecerit scz illud infra decio. Corde creditur ad iusticiam et hoc scdm propositum gratie dei id est secundū qd deus pponit ex gratia sua hoies saluare. Infra octauo. Hic qd fm propositum vocati sunt sancti. eph. 1. Qui operat oia fm cōsiliū volūtatē sue. Alia expositio est vt hoc referatur ad hominis iustificatiōem. Dicit ergo. Et autem qui operatur id est si aliquis p opera iustificet ipsa iusticia imputaretur quasi merces non secundum gratiam sed fm debitū infra vndecio. Si autem gratia iam non ex operibus alloquin gratia iam non est gratia. Et vero qui non operatur vt scz per sua opera iustificetur. credenti autem in eum qui iustificat ipium cōputabitur hec eius fides ad iusticiam fm propositum grē dei. non quidem ita qd per fidē iusticiam mereatur sed qd ipsum credere est prius actus iusticie quam deus in eo operatur. ex hoc enim qd credit in deum iustificante iustificationi eius subijcit se et accipit effectum. Et hec expositio est litteralis et fm intentionē apli qui facit vim in hoc qd in gen. 15. dicitū ē. Reputatū est illi ad iusticiam qd cōuenit dici. qm id qd minus est ex parte alicuius reputatur ei gratis ac si totum fecisset. Et ideo aplos dicit qd hec reparatio locū non habet si iusticia esset ex operibus sed solū habet locum scdm qd est ex fide. Deinde cū dicit. Sicut et dauid etc. probat conditionalem premissam ex auctoritate ps. Cuius primo promittit sensum. scdo ponit verba eius ibi. Beati quorum etc. tertio excludit falsum intellectū ibi. Beatitudo etc. Dicit ergo. Sicut et dauid dicit id ē asserit beatitudinem hoīs esse illius scz cui deus fert id ē dat iusticiā. Accepto. i. gratis sine operibus precedentibus. ritibus. Nō enim ex operibus iusticie q fecimus nos. Beatitudo aut hoīs est a deo fm illud. ps. Beatus vir cuius ē dñs deus eius. Sic igitur manifestū ē illū habere gloriā apud deū qd nō ex operibus legis iustificat vt dicitur est. Deinde cū dicit. Beati quorum etc. ponit verba dauid predictam sententiam continētia. dicit eos esse beatos quozū remittuntur peccata. et sic patet qd nō habuerunt prius bona opa ex quibus iusticiam seu beatitudinē cōsequerentur. Est autē triplex peccatum. scz originale. actuale et mortale. et actuale et

veniale. **P**rimo ergo quantum ad originale dicit. **B**eati quorum remissa sunt iniquitates. **U**bi considerandus est quod peccatum originale iniquitas dicitur quia est carētia originalis iusticie per quam finit equitate ratio hominis subieciēbatur deo inferiores vires rationi & corpore. sed per peccatum originale hec equitas tollit quia postquam ratio desinit esse subiecta deo inferiores vires rationi rebellant & corpore ab obedientia aie subducitur per corruptionem et mortem. **U**n in ps. **E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum. **E**trobis autem peccatum originale pluraliter significatur. **U**el propter plures homines in quibus multiplicatur originale peccatum. **U**el potius quod virtute continet in se quodammodo omnia peccata. **H**uiusmodi autem peccatum originale remitti dicitur quod trans sit reatus supueniente gratia sed remanet actu remanente formite sive concupiscentia quod non tollit totaliter in hac vita sed remittit sive mitigat. **S**ecundo quantum ad actuale mortale dicit. **E**t quorum tecta sunt peccata. **D**icitur autem peccata regi diuino conspectui in quantum non inspicit ea ad puniendum. **P**s. **O**peruisti omnia peccata eorum. **T**ertio quantum ad veniale dicit. **B**eatus vir cui non imputauit dominus peccatum. **V**t scilicet per peccatum intelligant peccata venialia que licet leuia sint tamen multa homino separata a deo. **S**cdi. **P**alip. **3**. **D**ominus bonus propiciabilis cunctis qui in toto corde requirunt illum et non imputabitur illis quod minus sancti sunt. **P**ossunt autem et hec tria aliter distingui. **S**unt enim in peccato tria. quorum vnum est offensa dei. **E**t quantum ad hoc dicit. **B**eati quorum remissa sunt iniquitates secundum quod homo dicitur remittere offensam sibi factam. **Ysa. 4**. **D**imissa est iniquitas illius. **A**liud est ipse actus inordinatus culpe que non potest non fuisse factus ex quo semel perpetratus est. **S**ed regitur manu misericordie diuine ut quasi pro non facto habeatur. **T**ertium est reatus pene. et quantum ad hoc dicit. **B**eat' vir cui non imputabit dominus peccatum secundum quod ad penam. **¶** **D**einde cum dicit. **B**eatitude ergo dominus. **¶** **E**xcludit falsum intellectum auctoritatis predictae. **P**ossit enim iudeus sic intelligere quod predicta gratia remissionis peccatorum non fieret nisi circumcisus. **A**d hoc ergo excludendum primo apertus questione mouet dicens. **B**eatitude hec quia scilicet deus dat iustitiam sine operibus manet tamen in circumcissione id est habet locum solum in circumcisus. **A**n etiam et in preputio id est in gentibus? **M**anifestum est quod in vtriusque secundum illud quod dicit infra decimo. **I**dem dominus viues in oēs. **¶** **S**ecundo ibi. **D**ominus enim. **A**d hoc ostendendum assumit auctoritatem scripture. **¶** **Q**uasi dicat. **H**oc ideo quero. **D**icitur enim. **¶** **E**t reputatur abrahe fides ad iusticiam. **¶** **S**cdi. **¶** **T**ercio ex hac auctoritate concludit solutionem premisse questionis sub interrogatione tamen dicens. **Q**uomodo ergo reputata est. **¶** **F**ides abrahe ad iusticiam in circumcissione id est tempore quo erat circumcisus. **A**n in preputio id est quando erat in circumcissione? **¶** **R**espondet. **N**o in circumcissione sed in preputio. **E**t hoc manifestum est ex serie narrationis scripture. **¶** **N**am gen. **15**. legitur quod fides reputata est abrahe ad iusticiam. **¶** **C**ircumcisionem autem accepisse legitur **S**cdi. **¶** **7**. **S**i igitur abraham adhuc in circumcissione existens iustificatus est per fidem manifestus est quod iusticia fidei per quam gratis remittuntur peccata non est solum in circumcissione sed etiam in preputio id est in gentilitate.

lectio secunda.

Et signum accepit circumcissionis signaculum iusticie fidei que est in preputio ut sit pater omnium credentium per preputium: ut reputetur et illis ad iusticiam. **E**t sit pater circumcissionis non his tantum que sunt ex circumcissione: sed et his que sectantur vestigia

fidei que est in preputio patris nostri abrahe. **N**on enim per legem promissio abrahe aut se mini eius: ut heres esset mundi. **S**ed per iusticiam fidei. **S**i enim qui ex lege heredes sunt exinanita est fides. **A**bolita est promissio. **L**ex enim iram operatur. **U**bi enim non est lex nec preuaricatio.

Ostendo quod beatitudo remissionis peccatorum non solum est in circumcissione sed etiam in preputio exemplo abrahe qui tempore preputij est iustificatus. **H**ic respondet cuidam obiectioni. **P**ossit enim aliquis dicere si abraham iustificatus est ante circumcissionem ergo sine causa et frustra circumcisus est. **A**d hanc ergo obiectionem excludendam primo proponit quod circumcisio non erat causa iusticie sed signum. **S**cdi ostendit quod ex hoc signo consequatur ibi. **¶** **E**t sit pater. **¶** **T**ertio ostendit modum quo hoc consequatur ibi. **¶** **N**on his tantum. **¶** **C**irca primum duo facit. **P**rimo proponit circumcissionem esse signum gen. **17**. **C**ircumcidetis carnem preputij vestri ut sit in signum federis inter me et vos. **S**cdi ostendit cuius rei sit signum dicens quod sit signaculum iusticie fidei id est que est per fidem que quidem fides est in preputio id est qua abraham habuit adhuc in circumcissione existens. **¶** **D**icitur autem signaculum dupliciter. **A**no modo quasi expressum signum habens similitudinem rei signate. **S**in illud eze. **28**. **T**u signaculum similitudinis. **¶** **H**abet autem circumcisio expressam similitudinem cum fide abrahe. **P**rimo quidem quantum ad rem creditam. **C**redidit enim multiplicationem sui seminis et congruentem accepit signum in membro generationis. **S**cdi quantum ad effectum huius fidei qui est remotio culpe que signatur per remotionem superne pellicule. **A**lio modo signaculum dicitur signum aliquid occultans quod reuelandum est amicis sicut patet de sigillo et sic in hoc dicitur apo. **5**. **D**ignus est agnus que occisus est accipere librum et aperire signacula eius. **C**laudebat ergo sub signaculo circumcissionis secretum incarnationis christi ex semine abrahe. **C**onsequenter ostendit quid consequatur ex dictis. **C**onsequitur enim ex hoc quod abraham in preputio iustificatus per fidem postea circumcissione accepit ut sit pater non solum circumcisorum sed etiam credentium in preputio et hoc est quod dicit. **¶** **E**t sit pater id est ex predictis consequitur quod abraham sit pater omnium credentium per preputium id est que sunt in statu preputij. **¶** **A**braham sit pater per preputium id est per id quod habuit in preputio ut reputetur et illis ad iusticiam hoc scilicet quod credunt sicut reputatum est abrahe. **E**t de hac paternitate dicitur mat. **tertio**. **P**otens est deus de lapidibus istis. **¶** **E**t sit pater circumcissionis id est circumcisorum que ex eo origine ducit. **¶** **A**nde **Jo. 8**. **P**ater noster abraham est. **¶** **D**einde ostendit per quem modum sit pater etiam in circumcisorum quia per imitationem. **E**t hoc est quod dicit. **¶** **E**t sit in preputio pater non his tantum que sunt in circumcissione id est que sunt circumcisi sed etiam his que sectantur vestigia fidei patris nostri abrahe que est in preputio id est qua abraham habuit adhuc in circumcissione. **¶** **Jo. 8**. **S**i filij abrahe estis opera eius facite. **E**t quia hic de circumcissione sit mentio oportet circa ipsa tria considerare scilicet quare sit instituta. **¶** **Q**uam vim habuit. **¶** **E**t quare sit mutata. **¶** **C**irca primum considerandum quod circumcisio sicut et alie legis ceremonie est propter duo instituta. **P**rimo quidem propter cultum diuinum ad quem homines secundum huiusmodi ceremonias la disponebantur. **E**t secundum hoc circumcisio habet triplicem institutionis causam: quarum prima est ad significandum fidem et obedientiam qua abraham se deo subiecit ut. **¶** **I**lli qui circumcissionem acciperent abrahe: traditam fidem et obedientiam ipsius obseruarent. **D**icit enim heb. **11**. **A**de abraham circumcisus est et ideo facta est circumcisio in

Ad Romanos

membro generationis ad signandum fides ipsius circa prolem futuram ut dictum est. **S**ecunda est ad exprimendum in signo corporali id quod spiritualiter erat faciendum. ut scilicet sic a membro generationis quod principium concupiscentie deseruit abscedebat superflua pellicula. ita etiam a corde hominis omnis superflua concupiscentia tolleretur scilicet illud **Je. 4.** **A**ircumcidimini domino et auferite praecipua cordium vestrorum. **T**ertia est ut per hoc signum populus ille deus colens ab omnibus alijs populis distingueretur. **E**t inde est quod **Yosue. 5.** mandavit dominus circumcidi filios israel qui inter alias nationes erant habitaturi qui prius in deserto solitarij manentes circumcisi non erant. **A**lia autem ratio circumcisionis et omnium ceremonialium accipitur per comparationem ad christum ad quem comparatur sicut figura ad veritatem et membra ad corpus. secundum illud **Colo. 2.** **Q**uae sunt umbra futurorum corpus autem christi. **S**ic igitur per circumcisionem corporalem significatur circumcisio spiritualis fienda per christum. **P**rimo quidem in animis quantum per ipsum peccatorem resatus et concupiscentie praecidunt. **Colo. 2.** **I**n quo scilicet christo circumcisi estis circumcisio non manufacta in expoliatione corporis carnis. sed in circumcisioe domini nostri iesu christi. **S**ecundo vero quantum ad corpus quod scilicet etiam in resurrectione ab electorum corporibus omnis passibilitas et mortalitas auferretur et ideo circumcisio fiebat octavo die qui significat octavam etatem resurgentium. nam septima est quiescentium in christo. **S**ex autem etates sunt quibus seculum currit. **A**nde et circumcisio facta legitur cultellis petrinis. **Yosue. 5.** **A**d significandum quod spiritualis circumcisio fienda erat per petram qui est christus ut dicitur **1. corinthios. 10.** **N**on tamen hoc generaliter obfuebat quod necesse esset circumcisio fieri cum petra. **C**irca scilicet vero est sciendum quod sicut hic glo. dicitur et est bede. **I**dem salutare curatio nis auxiliu circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus praebat quod baptismus agere tempore reuelate gratie consequitur. **E**x quo patet quod virtus circumcisiois se extendebat ad deletionem originalis peccati. **Q**uidam tamen dicit quod gratia in circumcisioe non conferretur. non enim potest esse dei gratia sine iusticia. **A**rgumetur autem **augustinus. gal. 2.** **S**i iusticia est per legem. ergo christus gratis mortuus est id est sine causa. **E**t eodem modo argumetur possumus. **S**ic circumcisio est gratia iustificans christus gratis mortuus est. sed hoc non potest esse. **N**am remissio peccati non fit sine gratia. **infra. 5.** **I**ustificati igitur gratia ipsius. **E**t ideo alij dicit quod in circumcisioe dabatur gratia quantum ad effectus praenatiuos scilicet remotionis culpe. non autem quantum ad effectus positiuos pura operatione iusticie. **S**ed hoc etiam conueniens non videtur. effectus enim positiuus autem forme ordine nature praecedunt effectus praenatiuos. **N**on enim lumē pellit tenebras. nisi per hoc quod illuminat. **E**t ita gratia per hoc culpa pellit quod iustificat. **R**emoto autem priori remouet posterius. **E**t ideo melius videndum est quod circumcisio ex ipso opere operato non habeat virtutem effectiuam neque quantum ad remotionem culpe neque quantum ad operationem iusticie. sed erat solū iusticie signum ut hic apostolus dicit. sed per fidem christi cuius circumcisio signum erat. auferrebat peccati originale et conferrebat auxiliu gratie ad res ete agendum. **C**irca tertium vero manifestum est iam ex dictis quod oportuit circumcisioe mutari. **N**am circumcisio erat signum futuri. **N**on autem idem signum conuenit praeterito et futuro. et ideo baptismus est signum presentis gratie qui copiosior et utilior effectum habet gratie. quod quanto agens est propinquius et praesentius tanto efficacius operatur. **¶** **D**einde cum dicitur. **N**on enim per legem. **O**stendit propositum scilicet quod circumcisio siue quodlibet opus legis non iustificet ex diuina promissione. **E**t circa hoc duo facit. **P**rimo propositum quod intendit. secundo probat propositum ibi. **S**i enim qui ex lege. **S**upponit ergo apostolus. **P**rimo ex auctoritate gen. promissionem factam abrae et semini eius ut heres esset mundi. **i.** ut omnes gentes mundi in ipso bene

dicerentur secundum illud gen. **12.** **I**n te benedicetur etc. **D**icitur autem ac semini eius quia diuisimodi promissio et si in ipso non est completa complenda tamen erat in semine eius. **D**icitur enim gen. **22.** **B**enedicentem in semine tuo omnes gentes terre. hoc autem semine principium intelligit christus secundum illud gal. **3.** **A**brae dicitur sunt promissiones et semini eius. **N**on dicitur in seminibus quasi in multis sed in vno etc. **¶** **S**ed in vno quo complet. ostenditur ut sit heres mundi secundum illud. **ps.** **P**ostula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam. **S**ecundario autem completur in illis qui per gratiam christi sunt spiritualiter semine abrae. **infra. 9.** **Q**ui filij sunt promissionis estimantur in semine. **¶** **Q**ui etiam per christum sunt heredes mundi in quantum omnia in gloriam electorum cedunt. **1. corinthios. 3.** **O**mnia vestra sunt etc. **C**irca hanc promissionem vnum negat et vnum asserit. **N**egat huiusmodi promissionem factam per legem. **¶** **O**stendit non dicitur propter ipsam promissionem quod tempore promissionis lex data erat. sed propter promissionis impletionem ut sit sensus quod talis promissio facta erat abrae non quasi implenda per legem. quod ut dicitur heb. **7.** **N**ihil ad perfectum adduxit lex. **A**liud autem asserit quod scilicet huiusmodi promissio sit implenda per iusticiam fidei quod sancti per fidem vicerunt regna. heb. **11.** **¶** **D**einde cum dicitur. **S**i enim etc. ostendit propositum. **E**t primo quantum ad hoc quod promissio non sit implenda per legem. secundo quantum ad hoc quod sit implenda per iusticiam fidei ibi. **¶** **I**dem ex fide etc. **C**irca primum ponit talem rationem. **S**i promissio facta abrae esset implenda per legem: fides abrae creditis promissioni esset inanis. quia promissio ei facta aboleretur. sed hoc est inconueniens ergo et primum. **C**irca hoc duo facit. primo proponit conditionalem. secundo probat eam ibi. **L**ex enim etc. **D**estructio autem consequens est manifesta. **D**icit ergo primo quod promissio non est facta per legem. si enim qui ex lege sunt hij sunt heredes id est si ad hoc quod aliqui hereditatem promissam praecipiant requiritur quod ex legis obfuantia hoc consequatur. exinanita est fides id est vacua facta est fides quae abraam credidit deo promittenti ut dicitur gen. **15.** **¶** **A**d hoc est inconueniens secundum quod dicitur. **1. corinthios. 15.** **S**i christus non resurrexit inanis est predicatio nostra etc. **E**t sic fit inanis ostendit subdēs. **A**bolita id est cassata est promissio quod non consequitur suum effectum. contra id quod dicitur heb. **11.** **F**idelem credidit esse qui repro miserat. **E**t hic infra in presenti capitulo dicitur. **¶** **Q**uocumque promissit deus potes est etc. **¶** **D**einde cum dicitur. **L**ex enim probat conditionalem promissionem per effectum suum euentus legis. **E**t primo proponit legis effectum suum euentum. secundo probat ibi. **¶** **U**bi enim non est lex etc. **¶** **P**robat autem conditionalem sic. **S**i aliqua promissio sit implenda per id quod impletionem promissionis impedit talis promissio aboletur et fides credentis exinanitur. sed lex impedit consequentem hereditatis. lex enim iram operatur. ergo si per legem sit adimplenda promissio exinanita est fides obolita est promissio. **D**icitur autem lex iram operari id est vindictam quia per legem facti sunt homines digni dei vindicta. **4. regum. 22.** **¶** **A**d magna ira domini successa est contra nos quia non audierunt patres nostri verba libri huius scilicet legis etc. **¶** **P**ossent autem aliquis intelligere quod lex iram operatur quantum ad moralia tempore gratie obseruata secundum illud **gal. 5.** **S**i circumcidimini christus nihil vobis proderit. **S**ed quod hic dicitur intelligendum est etiam quantum ad moralia non quidem quod legis praecipita moralia praecipiant aliquid quod qui obseruat dignos ira dei efficiat. sed occasionaliter quia praecipit et gratias adimplendi non praebet. secundum illud. **2. corinthios. 3.** **L**ittera occidit: spiritus autem viuificat. **¶** **Q**uia scilicet in terminis adiuvat infirmitatem nostram ut dicitur infra. **8.** **¶** **D**einde cum dicitur. **¶** **U**bi enim non est lex etc. ostendit qualiter iram operatur dicens. vbi non est lex non est punitio quod et si

aliquis lege nō data peccare possit p̄ra id quod naturali ter iustum est faciēdo. nō tñ preuaricator dicit nisi legem trāsgredies. ps. Audi preuaricātes et tabescēbam etc. Et tamen omnis peccator pōt dici preuaricator in q̄tuz legē naturalem trāsgreditur. ps. Preuaricātes reputaui oēs peccatores terre. Grauius est tñ trāsgredi simul legē nature et legem scriptā q̄ solam legem nature. Et ideo lege data sine gratia adiuuante preuaricatio creuit et maiorēz tram promeruit.

Lectio tertia.

I Deo ex fide vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini. Non ei q̄ ex lege est solū sed et ei q̄ ex fide ē abrahā qui pater est oim nostrū sicut scriptum est. Quia patrem multarū gentium posui te ante deum cui credidisti. qui viuificat mortuos. et vocat ea que nō sunt. tanq̄ ea q̄ sunt. Qui contra spem in spem credidit vt fieret pater multarū gentium. secundūz qd̄ dictum est ei. Sic erit semen tuum sicut stelle celi et arena maris. Et nō infirmatus est i fide nec considerauit corpus suum emortuū cum iaz fere centum esset annoz. et emortuaz vuluā sare. In repromissione etiam dei non hesitauit diffidentia. sed cōfortatus est fide. dans gloriā deo. plenissime sciens. quia q̄ cumq̄ promissit de⁹ potens est et facere. Ideo et reputatum est illi ad iusticiā. Nō est autem scriptum tñ propter ipsum. quia reputatum est illi ad iusticiā. sed et propter nos quibus reputabitur creditibus i eum qui suscitauit ihesuz xpm̄ dominū nostrū a mortuis. qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationē nostrā.

¶ Ostēso q̄ promissio facta abrahā et semini eius nō sit implenda per legem. hic ostendit q̄ sit implenda per fidē Et circa hoc tria facit. Primo ostendit per quid sit huiusmodi pmissio adimplēda. scdo ostendit in quibus sit adimplēda ibi. Omni semini etc. tertio a quo sit implenda ibi. Qui viuificat mortuos etc. Primo ergo concludit ppositum quasi ex diuisione. Videtur enim necessarium esse q̄ promissio adimpleatur vel p̄er fidem vel per legem. nō aut per legem. q̄ promissio aboleretur. Nō cōcludit q̄ ex fide. s. cōsequimur pmissionem. vt heredes finis mūdi. p̄ma Jo. 5. Hec est victoria que vincit mundūz etc. Et hoc cōfirmat per contrarium mediū ei quod supra asumpserat. Dicitū est enim q̄ si iustitia ex lege esset promissio aboleretur. sed si sit ex fide remanet firma. pmissio propter virtutē diuine gr̄e iustificātis hoīem per fidē. Et hoc est qd̄ dicit. Et pmissio dei sit firma nō quidem p operationes hoīum q̄ possunt deficere. s. scdm̄ gratiā dei que i fallibilis est. scda cor. 12. Sufficit tibi gratia mea et scda cor. primo. Quotquot sunt pmissiones in illo. s. xpo est veritatem habent. ¶ Deinde cū dicit. Omni semini etc. ostendit in quibus impleatur predicta pmissio. Et pmo pponit quod intendit et dicit q̄ p̄dicta pmissio sic implēda per fidem est firma per gratiā. omni semini. i. omni homini qui fuerit qualiscunq̄ semen abrahā. Ecc. 44. Aū

semine eoz pmanent bona. hereditas facta nepotes eoz scdo ibi. Nō ei etc. exponit quod dixerat omni semini. est enim quoddā semen carnale. scdm̄ illud Jo. 8. Semen abrahā sum⁹. Et aliud semen sp̄iale scdm̄ illud. Ma. 3. Potens est de⁹ de lapidib⁹ hys. i. de gentibus suscitare filios abrahā. Solum aut abrahā carnalē legem seruantē sed fidem eius etiā imitatur semen sp̄iale. Et sic si per solam legem esset pmissio nō impleteretur in omni semine s. solum in carnali. Quia vero impletur per fidem q̄ est omnibus cōmunis. planū est q̄ impletur in omni semine. terra ibi. Qui est pater etc. p̄bat quod supposuerat. s. q̄ semen abrahā sit nō solū quod est ex lege sed etiā quod est de per auctoritatem scripture: cuius primo ponit sensum dicens. Qui. s. abrahā est pater omnīū nostrū. i. omnium credentium. siue iudeoz siue gentium. Supra eodem. vt sit pater oim credentium. p̄sa. 51. Attendite ad abrahā patrem vrm̄. scdo inducit auctoritatem dicens. sicut scriptum est gen. 17. Et patrem multarū gentium posui te. Nō alia habet. Constitui te quod sensum nō variat. Ecc. 44. Abrahā magnus pat̄ multitudinis gentiū. tertio ibi. Ante deum etc. exponit quod dixerat. Sic em̄ dictum est posui te quasi iam esset impletum quod longe postea erat implendum. sed que sunt futura in seipsis in dei prouidentia sunt p̄ntia. scdm̄ illud ecc. 23. Nō deo nō ante q̄ crearentur omnia sunt agnita sicut et post perfectū respicit omnia. Et ideo apostolus dicit q̄ hoc quod dictum est. posui te intelligendum est ante deū. i. in eius presentia cui credidisti. Crediderat enim abrahā deo futura p̄nunciānti ac si videret p̄ntia. q̄ vt dicitur heb. 11. Fides est sp̄andarū sub rerum argumentum nō apparentiū ¶ Deinde cum dicit. Qui viuificat mortuos etc. Ostendit a quo sit implenda huiusmodi promissio dicens. qui. s. deus viuificat mortuos. i. iudeos q̄ erāt mortui i p̄ctis cōtra legem agentes viuificat per fidem et gratiā vt promissionem abrahā consequatur. Jo. 5. Sicut pater suscitauit mortuos et viuificat etc. Et ea q̄ nō sunt id est gentiles vocat. s. ad gratiā tanq̄ ea que sunt. i. tanq̄ iudeos. infra. 9. Vocabo nō plebes meā etc. Significat aut gentiles p̄ ea que nō sunt quia erant omnino alienari a deo. sicut. p̄ma. cor. 13. dicitur. Si caritatem nō habuero nihil sum. Et sic per huiusmodi vocationem implebitur promissio abrahā etiā in gentilib⁹. ¶ Et q̄ dicit. vocat ea que nō sūt nō intelligitur de vocatione temporalī: sed de vocatione predestinationis eterne qua vocantur et eliguntur etiam qui nō sunt ac si essent. Ep̄be. 1. Elegit nos in ipso ante mundi p̄stitutionē. Et de hac vocatione dicitur infra. 9. Nō ex operibus sed ex voluntate dictum q̄ maior seruiet minori. ¶ Vocationem hic dicit simplicem dei noticiā vel cognitionem qua cognoscit futura que nō sunt in actu sicut p̄ntia. Et hoc modo vocatio in. ps. accipitur cum dicitur. Qui numerat multitudinē stellarum etc. Et secundū hūc sensuz quod hic dicitur inducitur p̄pter id qd̄ supra dictum est ante deum cui credidisti. duo enim videbantur obstarē ei quod dictum est. patrem multarū gentiūz posui te. quoz vnus erat q̄ ipse idem abrahāz erat quasi emortuus p̄ senectute vt infra dicitur. Et contra hoc dicit. q̄ viuificat mortuos. Aliud aut est q̄ ille multe gentes nondum erant. Et contra hoc subdit. Et vocat ea que nō sūt tanq̄ ea que sunt. ¶ Deinde cum dicit. Qui contra spem credidit etc. ostendit in quibus impleatur predicta pmissio. Et pmo ostendit magnitudinē fidei eius. scdo efficacitā vel fructum ei⁹ ibi. Jo et reputari est etc. Circa p̄mum duo facit. p̄mo ostendit magnitudinē fidei abrahā q̄tum ad p̄missionē seminis multiplicādī. scdo ostendit q̄tum ad repromissionē seminis exaltandī ibi. In repromissione etc. Circa p̄mū duo facit. p̄mo ostendit fidē ei⁹ fuisse magnā. scdo ostendit eā fuisse firmā ibi. Et nō infir-

Ad Romanos

matris in fide etc. Circa primus duo facit. Primo propo-
 nit magnitudinem fidei abrahe dicens. qui. s. abraham i
 hanc spem credidit ut fieret pater multarum gentium sed
 contra aliam spem. Circa quod considerandum est qd spes
 impoitat certam expectationem boni futuri. que quidem
 certitudo est qd ex ca humana siue naturali scdm illud
 pma. cor. 9. Debet in spe qui arat arare. quandoqz vero
 certitudo expectantis est ex ca diuina scdm illud. ps. In te
 domine speraui etc. Hoc ergo bonu qd abraham fieret pas-
 ter multarum gentium certitudines habebat ex parte dei p-
 mittentis. Sed contrarium apparebat ex ca naturali siue
 humana. Ideo dicit. Qui contra spem cae naturalis vel
 humane credidit in spem diuine promissionis. Quam qd
 dez. scdo ponit dicēs scdm qd dicitur est ei. s. gen. 22. Sic
 erit semen tuum sicut stelle celli. et sicut arena maris. At-
 qz aut horz inducitur propter similitudinem innumerabilis
 multitudinis. Nam qd tum ad stellas dicitur deur. 1. 1.
 Dominus deus vester multiplicauit vos et estis hodie sicut
 stelle celi. Quatum ad arenam dicitur. y. 4. Iuda et
 israel innumerabiles sicut arena maris sunt. potest in
 aliqua differentia inter vtrumqz attendi ut stellis com-
 pentur iusti qui fuerunt ex semine abrahe. dan. 12. Qui ad ius-
 titiam erudunt plurimos quasi stelle in perpetuas eter-
 nitates. Arene aut comparantur peccatores qui a flucti-
 bus mundi quasi cuiusdam maris opprimuntur. pe. 5. Po-
 sui arenam terminu maris. Deinde cu dicitur no infirma-
 tus est. ostendit firmitatem abrahe qua pmo proponit vi-
 cens et no infirmatus est. sicut enim temperantia ostendit-
 tur no esse infirma que magnis concupisibilibus no vis-
 citur. ita fides ostenditur no esse infirma sed fortis. que a
 magnis difficultatibus no supatur. pma. pe. 5. Qui resisti-
 te fortis in fide. scdo ibi. Nec consideraui etc. ponit diffi-
 cultates ex quibus ostendit fides eius no fuisse infirma.
 Et primo quidem ex parte ipsius abrahe cum dicit. Non
 consideraui. s. ad discredendu pmissionem corpus suuz
 emortuum. s. qd iam mortificata erat in eo vis generatiua
 ppter senectutem. Unde dicit. Cum iam fere centuz an-
 nozum esset. Abrahe enim centenario existenti natus est
 Isaac. ut habetur gen. xxi. Per annum aut ante fuerat si-
 bi filius pmissus scdm illud gen. 18. Reuertens veniam
 ad te tempore illo. et erit sare filius. Sed videtur qd no fuit
 corpus eius emortuum qd tum ad vim generatiua qz etiaz
 post mortem sare duxit cethura vxorem que genuit ei fili-
 os ut dicitur gen. xxv. Dicunt ergo quidam qd mortua erat
 in eo vis generatiua qd tum ad hoc qd ex muliere antiqua
 generaret no qd tum ad hoc qd generaret filium ex iuue cu-
 la. Solent enim in senes ex iuueniculis mulieribus prolem
 gignere. no aut ex antiquis que sunt minus apte ad conc-
 piendum. Sed melius dicendu videtur qd abrahe mira-
 culose restituta erat vis generadi et qd tum ad sarā et qd tum
 ad ossis mulieres. scdo ponit difficultatem ex pte vxoris
 cu dicit Et mortua vulua sare. s. no psidebant vt discred-
 ret. Dicit aut mortua qd tum ad actum generadi. tu p-
 pter sterilitatem tum ppter senectutē. Na enim desierant
 ei fieri muliebria. ut dicitur gen. 18. Et io isa. 51. vbi dis-
 citur Attendite ad abrahā ptez vrm et ad saram que vos
 peperit. vt ostenderet vtriusqz mortificationē et frigiditatem
 premisit dicens. Attendite ad petram vnde excisi estis et
 ad cauernā laci de qua pxi estis. Deinde cu dicit in re-
 pmissione etiā dei etc. comendat fidem abrahe qd tum ad
 iteratam pmissionem de seminis exaltatione. Et primo
 ponit fidei firmitatem. scdo firmitatis cam ibi Das gloriā
 deo. Dicit ergo primo in re pmissione etiā dei. i. in itera-
 ta ei? pmissione vel de seminis multitudine quam pmi-
 sit. Primo quidē. gen. 15. dicēs Suspice celū et numera
 stellas si potes. et infra. 17. Eris pater multarum gentium et

iterum isra. et. Multiplicabo semē tuū sicut stellas celli.
 Et intelligendum est in repmissione dei. i. in itera-
 ta pmissione de exaltatione seminis eius qz quā dixisset multi-
 plicabo semē tuū statū subdit. Possidebit semē tuūz ipso-
 tas inimicorū tuorū et bndicetur i semē tuo oēs gētes tere.
 In hac qdē di re pmissione non hesitauit. i. no dubitauit
 dissidētia. s. qd dissidēt dicitate diuine pmissionis. Jac.
 pmo. Qui hesitat filis ē fluctuū maris. et s. s. pfortat? est hō
 id ē fortiter fidei ad hēsūt pma pe. vltimo. Qui resistite for-
 tes in fide. De sequenter cum dicit. Dans gloriā deo.
 assignat rōnez firmitatis fidei eius dicēs. Confortatus ē
 in qd fide dans gloriāz deo in qd tum. s. considerauit omni
 potentiam eius. ps. Magna virtus eius etc. Unde et hic
 subditur. plenissime sciens qz quecumqz promisit deus
 potens est facere. sap. 12. Subest enim tibi cum volutione
 posse. Ex quo patet qd quicūqz nō est firmus in fide dei qd
 tum est in se diuine glorię derogat vel qd tum ad eius ves-
 ritatem vel qd tum ad eius potentiam. Deinde cum dis-
 cit. Et reputatum est et commendat fidem abrahe qd tum
 ad eius effectum. Et primo ponit effectum quem in ipso
 habuit dicens. Io. s. quia abraham tam perfecte hoc ipz
 credidit reputatus est illi ad iusticiam pmi mach. 2. Et re-
 putatum est ei ad iusticiam. scdo ostendit effectum quem
 fides eius habet etiā i alijs. Et circa hoc tria facit. Pri-
 mo ponit similitudinem effectus dicens. Nō aut scriptuz
 est tñ ppter ipsum quā reputatum est illi ad iusticiāz ve
 scilicet reputemus qd soli abrahe fides ad iusticiam repu-
 tata sit sed scriptum est propter nos quibus reputabitur.
 scilicet fides ad iusticiam. infra. 15. Quocūqz scripta sūt
 ad nostram doctrinam scripta sunt. Sic ergo scriptuz est
 propter eum vt sit nobis in exemplum. et propter nos vt
 sit nobis in iustificatiōnis spem. scdo ibi. Credentibus
 in eum ostendit similitudinem fidei. Reputata est enim
 ad iusticiam fides abrahe credentū qd corpus suum emor-
 tuum et emortuam vulua sare posse viuificari ad filiozum
 procreationem. Reputabitur et nobis creditibus in euz
 qui suscitauit dominū nostrū Iesum cristum a mortuis. et
 deum patrem cui ipse dicit in ps. Tu aut domine misere-
 re mei et resuscita me. Et quia eadem est virtus patris et
 filij: ipse etiā in propria virtute surrexit. Et aut hęc fides
 iustificet habetur. infra. 10. Si cōfitearis in ore tuo domi-
 nuū Iesum et in corde tuo credideris qd deus illum suscita-
 uit a mortuis. saluus eris. tercio ibi. Qui traditus est etc.
 assignat cam quare fides resurrectionis xpi iustificet dicēs
 quifscilicet xpus traditus est scilicet in mortem a deo pa-
 tre. infra. 8. Proprio filio suo no peperit deus sed p no-
 bis omnibus tradidit illū. Et a seipso. ephe. 5. Tradidit
 semetipsum pro nobis. Et a iuda. Jo. 19. Qui me tradi-
 dit tibi maius peccatuz habet. Et a iudeis. Ma. 27. Tra-
 dent eum gentibus ad illudendum. Et resurrexit prop-
 iusticiam nostram id est vt nos resurgendo iustificaret in-
 fra. 6. Quomō xpus resurrexit a mortuis per gloriāz pas-
 tris. Ita et nos in nouitate vite ambulemus. Et qd ppter ve-
 licta nostra sit traditus in mortem manifestum est ex hoc
 qd sua morte meruit nobis deletionē peccatorum: sed res-
 surgendo no meruit qz in statu resurrectionis no fuit via-
 tor sed comprehensor. Et ideo dicendum est qd mors xpi
 fuit nobis salutaris no solū per modum meriti sed etiam
 per modū cuiusdā efficientie. Cum enī humanitas xpi eis
 set quodāmodo instrumentū diuinitatis ei? vt damasce-
 dicit oēs passiones et actōnes hūanitatē xpi fuerūt nob sa-
 lutifere vt pote ex virtute diuinitatis puenientes. Sed quia
 effect? hz aliquat similitudinē cae. mortē xpi qua extincta
 est i eo mortal' vita dicit esse cauz extinctionis pctōz nroꝝ re-
 surrectionē aut ei? qd rediit ad nouā vitā glē diē esse cāuz
 iustificationis nre p qua redimus ad nouitātē iustitię.